me ſecundo dicens. Tolle lumbare quod
poſſedisti, quod eſt circa lumbos tuos. Et ſur
gens vade ad eufraten, et abſconde
illud ibi in foramine petre. Et abii
et abſcondi illud in eufraten: ſicut
preceperat mihi dominus. Et factum eſt poſt di
es plurimos: dixit dominus ad me. Sur
ge vade ad eufraten: et tolle inde lum
bare quod precepi tibi ut abſconderes il
lud ibi. Et abii ad eufraten, et fodi:
et tuli lumbare de loco ubi abſcon
deram illud. Et ecce computruerat lum
bare: ita ut nullo uſui aptum eſſet. Et
factum eſt verbum domini ad me dicens. Hec
dicit dominus. Sic putreſcere faciam ſu
perbiam iuda, et ſuperbiam ierusalem mul
tam. Populum iſtum peſſimum qui
nolunt audire verba mea, et ambulant
in pravitate cordis ſui. Abieruntque poſt
deos alienos ut ſervirent eis, et ado
rarent eos: Et erunt ſicut lumbare iſtud
quod nulli uſui aptum eſt. Sicut enim adhe
ret lumbare ad lumbos viri: ſic agglu
tinavi mihi omnem domum iſrael, et omnem
domum iuda dicit dominus, ut eſſent mihi in po
pulum, et in nomen et in laudem et in
gloriam: et non audierunt. Dices ergo ad
eos iſtum. Hec dicit dominus deus iſrael. Omnis
laguncula implebitur vino. Et dicent
ad te. Numquid ignoramus quia omnis
laguncula implebitur vino? Et dices
ad eos. Hec dicit dominus. Ecce ego implebo
omnes habitatores terre huius, et reges
qui ſedent de ſtirpe david ſuper thronum
eius, et ſacerdotes et prophetas, et omnes
habitatores ierusalem ebrietate: et diſper
gam eos virum a fratre ſuo, et patres et fili
os ait dominus. Non parcam et non concedam
neque miſerebor ut non diſperdam eos. Audite
et auribus percipite. Nolite elevari quia dominus
locutus eſt. Date domino deo veſtro gloriam:
antequam contenebreſcant. Et antequam
offendant pedes veſtri ad montes caligi
noſos. Expectabitis lucem: et ponet eam
in umbra mortis et in caliginem. Quod ſi
hoc non audieritis: in abſcondito plora
bit anima mea a facie ſuperbie. Plorans
plorabit et deducet oculus meus lacri
mam: quia captus eſt grex domini. Dic regi
et dominatrici. Humiliamini ſedete: quoniam
deſcendit de capite veſtro corona glorie veſtre.
Civitates auſtri clauſe ſunt: et non eſt
qui aperiat. Tranſlata eſt omnis iuda: tranſ
migratione perfecta. Levate oculos veſtros
et videte qui venitis ab aquilone. Ubi
eſt grex qui datus eſt tibi pecus inclitum
tuum? Quid dices cum viſitaverit te?
Tu enim docuiſti adverſum te: et erudi
ſti in caput tuum. Numquid non dolores
apprehendent te: quaſi mulierem parturi
entem? Quod ſi dixeris in corde tuo quare ve
nerunt mihi hec? Propter multitudinem ini
quitatis tue revelata ſunt verecundio
ra tua, polluti ſunt plante tue. Si mu
tare poteſt ethiops pellem ſuam, aut par
dus varietates ſuas: et vos poteritis be
ne facere, cum didiceritis malum. Et
diſſeminabo eos quaſi ſtipulam: que ven
to raptatur in deſerto. Hec ſors tua parſ
que menſure tue a me dicit dominus: quia obli
ta es mei, et confiſa es in mendacio.
Unde et ego nudavi femora tua contra fa
ciem tuam, et apparuit ignominia tua
adulteria et hinnitus tuus, ſcelus fornicati
onis tue. Super colles in agro vidi abho
minationes tuas. Ve tibi ierusalem, non mun
daberis poſt me: uſquequo adhuc?

Quod factum eſt verbum domini XIII
ad ieremiam de ſermonibus ſiccitatis. Lu
xit iudea et porte eius corruerunt, et ob
ſcurate ſunt in terra: Et clamor ierusalem
aſcendit. Maiores miſerunt minores
ſuos ad aquam: venerunt ad hauri
endum, non invenerunt aquam, reportaverunt
vaſa ſua vacua. Confuſi ſunt et afflic
ti, et operuerunt capita ſua propter terre va
ſtitatem: quia non venit pluvia in terra. Con
fuſi ſunt agricole, operuerunt capita ſua.
Nam et cerva in agro peperit: et reliquit
quia non erat herba. Et onagri ſteterunt in ru
pibus: traxerunt ventum quaſi dracones.
Defecerunt oculi eorum: quia non erat herba.
Si iniquitates noſtre reſponderint nobis, domine
fac propter nomen tuum: quoniam multe ſunt averſiones
noſtre. Tibi peccavimus expectatio iſrael: ſal
vator eius in tempore tribulationis. Quare

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 12) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15741)